

bus, etiam Pietatis, Monasteriis, etiam Mulierum poenitentium, Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, etiam Societatis Jesu, Curis, & Judicibus etiam Burgi, & Arce sancti Angeli, Militis, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, quibuscumque Universitatibus, & consulationibus etiam Artium, Conservatoriis, Domibus piis, etiam Alme Domui Lauretanae, Capellis, etiam ad Praesepe Jesu Christi, & Imaginis Beatae Mariae Virginis in Basilica sanctae Mariae Majoris, Altaribus, caeterisque aliis locis Piis quocumque pariter nomine nuncupatis, seu Cardinalibus, eorum Protectoribus, Archipresbyteris, Abbatibus, Vicariis aliisque Administratoribus quibuscumque, ac Praefectis, etiam Palatii nostri Apostolici in quibusvis Causis civilibus, criminalibus, aut mixtis, activis, & passivis distarum Ecclesiarum, Locorum Piorum, aliorumque supra, necnon eorum Officialium, dignitatum, Canonicorum, Beneficiatorum, Affictuariorum, Emphyteutarum, Colonorum, aliorumque quomodolibet inservientium iisdem Locis Piis, illorumque bonis, & Tenentis etiam cum quibusvis facultatibus, & auctoritatibus eligendi Notarios sibi beneficos, ac procedendi summarie, de plano, sola facti veritate inspecta, sine strepitu, & figura Judicii, manu Regia, ac quacumque appellatione, reclamacione, recurfu, revisione, supplicatione, seu restitutione in integrum remotis, seu cum aliis similibus, aut majoribus facultatibus, etiam per Nos, & quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Rempubli-carum, & Principum quorumlibet preces, & instantiam, seu eorum contemplacione, & intuitu, ac etiam in limine fundacionis, seu ex quacumque causa, non tamen vere onerosa videlicet congruae, & effectiva solutionis Camere nostrae legitime factae, & non alias, vel pro bono publico spirituali, aut temporali, etiam ex causa fluidi, aut Catholicae Fidei, ac alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessa, confirmata, & approbata, ac pluries, & quantiscumque vicibus innovata, quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogacione de illis, eorumque totis tenoris, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem imponentes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita, & certa forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas & occasiones, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, servatis, & specificatis respectu habentes, perinde, ac si praefata indulta, facultates, & privilegia concessa, confirmata, & innovata non fuissent, ad effectum praesentium specialiter, expresse, plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus.

Excipiuntur facultates ex causa vere onerosae.

Revoquantur ad praesentium Artium facultates, Vicarii

§.2. Iisdem pariter modo, & forma, & quacumque indulta, facultates, & privilegia dilecto filio nostro, ac pro tempore existenti in Urbe,

ejusque districtu Vicario in spiritualibus Generali sub quibusvis formis, Decretis, clausulis, aliisque supradictis per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, & praesertim per fel. record. Clementem Papam X. etiam praedecessorem nostrum quibusdam suis Praedice Idus Augusti Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo septuagesimo primo, expeditis literis concessa ad statum, in quo erant ante literas pie memoriae Pauli V. pariter praedecessoris nostri Kal. Martii anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo undecimo super reformationem Tribunalium Urbis editas, & respective juxta easdem literas in Judicialibus reducimus.

Generalis in Urbe.

§.3. Liceat tam Judicibus, ut supra supprellis, & abrogatis, qui vigore privilegiorum ut praefertur, processerunt, causas coram iisdem hactenus jam instructas, seu alias legitime contestatas, praedictis non obstantibus, per totum Mensem Decembris proxime venturi, prout juris fuerit, expedire, itaut eo tempore elapso hujusmodi cause ad Judices Ordinarios, & competentes Romanae Curiae in statu, & terminis ipso facto devolvantur.

Permittitur expeditio causarum instructarum, seu contestatarum.

§.4. Quod si hujusmodi causis interim expeditis appellari, reclamari, supplicari, recurri, aut restituitio in integrum peti contigerit, appellationes hujusmodi, reclamaciones, supplicationes, recursus, & restitutiones in integrum petitiones non amplius ad Tribunalia antiquorum privilegiorum, sive ad Protectores, Archipresbyteros, aliosque, ut supra, sed ad signaturam Justitiae, & respective ad suos Superiores, & Ordinarios, prout in caeteris causis per Judices Ordinarios expeditis servatur, devolvantur, & devolute sint, & esse censentur.

Minime vero earum appellationum, reclamacio, &c.

§.5. Similiter etiam in casu appellationum, reclamacionum, supplicationum, recursum, ac restitutionis in integrum petitionum a sententis, & Decretis Judicum per eosdem privilegiatos extra Curiam praefatam deputatorum, seu deputandorum in posterum interponendarum, eadem appellationes, reclamaciones, supplicationes, recursus, ac restitutiones in integrum petitiones non amplius ad supranominatos cujuscumque dignitatis etiam Cardinalitiae sint, qui etiam ratione Episcopatum, Guberniorum, Abbatiarum, Commendarum, aut alio quovis titulo, vel privilegio hujusmodi jurisdictionem tum in committendo, tum in decernendo, vel in judicando usque ad praesens in Urbe ipsa, vel alias exercuerunt, sed ad Judices Ordinarios, & competentes, ejusdem Romanae Curiae devolvantur indifferenter, & pari modo sicuti in caeteris causis per alios Judices de partibus expeditis servatur; nulla habita ratione privilegiorum, & antiquarum facultatum.

De facultate eligendi Judices secundarum, & aliarum instantiarum.

§.6. Habentes autem facultatem eligendi in partibus Judicem, secundarum instantiarum, teneantur illum ibidem per unicam, & universalem deputationem ad omnes hujusmodi causas constituere; & si vel super recusatone, vel super modo procedendi coram dicto Judice deputato emergat controversia, ad Signaturam Justitiae, prout in caeteris causis, & negotiis fieri solet, recurratur. In tertiis vero, seu ulterioribus instantiis eo modo, quo in causis appellationum a Judicibus de partibus ad Romanam Curiam,

legi.

legitime devolutarum procedi solet observetur.

De facultate Consulatus Artium, & Universitatum.

§.7. Quoad Consulatus Artium, & Universitates etiam Medicorum, & Mercatorum, sub-latis omnibus Affectibus, & abrogata in judicialibus quacumque Consulatum, & Universitatum jurisdictione, itaut eorundem, & earundem jurisdictione, ex nunc etiam quoad causas instructas, penitus, & omnino cessare debeat, & cessasse intelligatur, succedant, & procedant competentes Judices Ordinarii juxta eorum ordinarias facultates, nulla ut supra habita ratione privilegiorum, & antiquarum facultatum, inter quos sit locus praeventioni, adhibitis, quatenus Judicibus ipsis opus videatur iisdem Consulibus solummodo tanquam peritis in rebus, & negotiis eorum artem concernentibus. Excipi-mus tamen, & sub praesenti nostra Constitutione comprehensos esse nolumus tum Consules Agriculture, illorumque Affectorem, tum Notarios Curiae Burgi, Mercatorum, & Aromatariorum pro eorum Officium titulo oneroso acquisitis, seu administratis, donec aliter provideatur.

De Notariis respectu Locorum Piorum.

§.8. Ad haec Basilicae Collegia, Hospitalia, caeteraque memorata Loca Pia, quae ex concessione Apostolica, vel inveterata consuetudine electionem, & usum proprii Notarii in primis, vel ulterioribus instantiis habebant, & in posterum in causis, in quibus agatur de vero, ac proprio interesse distarum Ecclesiarum, & Locorum Piorum, non teneantur ad aliquam solutionem extractus, seu Regestri, sed Notarii quorumvis Tribunalium debeant in dictis Causis, & in qualibet instantia consicere Instrumentum Actorum prout jacent, nihilque ab eis ultra quartam partem ejus mercedis, quae solvenda esset pro extractu, seu Regestri pro dicto Instrumento actorum sub quovis praetextu etiam excessivitate scripturae, petere, vel exigere valeant.

Exceptio quarundam facultatum.

§.9. Postremo declaramus, per praesentes nostras literas nullatenus ademptam esse Cardinalibus Archipresbyteris, titularibus, seu Protectoribus, eorumque Vicariis, aliisque deputatis facultatem, seu jurisdictionem in iis, quae servitium Ecclesiae, seu Loci Pii, circa tamen disciplinam Ecclesiasticam, & morum correctionem dumtaxat concernunt, minusque sub iisdem praesentibus Tribunalia Camerae Apostolicae, Legatum Avenionensem, Judicem Fabricae Sancti Petri, neque ipsas Congregationes in solito Liberulo, seu Elencho Congregationum, ac Tribunalium Urbis descriptas comprehendere.

Clausula.

§.10. Decernentes easdem praesentes literas & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod omnes, vel singuli supradicti, ac alii quicumque in praemissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere praetendentes cujusvis status, gradus, ordinis, praeminentiae, vel dignitatis, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni existant, iisdem praemissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditii fuerint, tamen si suorum Indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari femel, vel pluries quomodolibet debuissent, aut ex alia quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vi-

tio, aut intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, alioque quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controversiam revocari, ad terminos Juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum aliudve quodcumque juris, facti, vel grauae remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari.

§.11. Sic, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate, praeminentia, aut potestate fungentes, & funducros, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.12. Non obstantibus omnibus, & singulis praemissis, & quatenus opus sit nostra, & Cellariae Apostolicae Regula de Jure quaesito non tollendo, & pariter quatenus opus sit rec. mem. Pii Papae IV. similiter praedecessoris nostri de gratis quaecumque interesse Camerae Apostolicae concernentibus in dicta Camera intra certum inibi praescriptum tempus praesentandis, & registrandis, itaut praesentes in ea praesentari, & registrari nullo unquam tempore, vel modo necesse sit, necnon aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Urbis nostrae, distarumque Ecclesiarum, omniumque, & singulorum supradictorum quibusvis, etiam juramento, vel alias quavis firmitate sub quibuscumque verborum tenoribus, formis, clausulis, Decretis, aliisque supradictis in contrarium praemissorum roboratis, seu confirmatis, & innovatis statutis, ac usibus, stilibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, quibus pariter modo, forma, & tenore praemissis, ad effectum praesentium, illis alias in suo robore permanentibus, amplissime, ut praetertur, derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§.13. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum suppressionis, abolitionis, abrogacionis, reductionum, derogacionum, voluntatis, mandati, declarationis, & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus de se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo XVII. Sept. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXIII.

Extenditur senarius numerus Magistrorum Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Mexicanae Provinciae ad duodenarium.

D. 18. Sept. 1692. An. 22

Idem factum legitur pro Provinciae Baeticae Consis. M 11 ed. 1692.



Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a causis hujus Constitutionis petitur.

AD hoc unxit Deus oleo latitiae prae con- fortibus nostris, ut iustitiam, quae est prae- paratio Sedis nostrae, incessantibus studiis dili- gamus, quod tunc laudabiliter, ut par est, nullo nostrorum ministrorum suffragio, sed ineffabili Omnipotentis Dei bonitate, & providentia adimplemus, cum via regia incedentes, neque ad dexteram declinantes, neque ad sinistram, aequaliter deviantes, ius suum unicuique tri- buere, eosque quos praesertim iuri, ne dum in causis privatorum, sed Fisci nostri dicendo, necnon Sedis, & Camerae Apostolicae bonis, Juribus, & redditibus administrandis, & tuendis respective in partem sollicitudinis evocamus, personarum acceptatione non facta, divitiarum sorte posthabita, ac meritum, & virtutum collatione dumtaxat librata, undequaque dignos, & praestantiores eligere satagimus. At dum ad praecipua Romanae Curiae Praelatorum, nimirum Causarum Curiae Camerae Apostolicae Generalis Auditoris, ac ejusdem Camerae tum Theaura- rii Generalis, tum duodecim Clericorum Prae- sidentium, necnon alterius Praesidentis vacabi- lia, & interim infructifera Officia, quae ratio- nabilibus olim suadentibus causis, seu gravibus tunc urgentibus necessitatibus alias decuit re- cepto pretio concedi, & successive durantibus, & plerumque adhaerentibus istis necessitatibus, vel causis, opus, seu opportunum visum fuit simi- libus concessionibus instaurari, mentis nostrae oculos sedula meditatione convertimus: exinde viros alioquin dignos, solvendo tamen pretio huiusmodi impares, aliquando praetermitti ne- cesse esse, non sine gravi animi nostri moerore perpendimus.

Redditus fuit Officialibus solum pre- tium 120716 scutorum.

Abolito pre- dictae Venali- tatis motu proprio facta.

§.1. Hinc, ut sola virtutum praestantia in huiusmodi Officialium circumspicere, & iusta electione praeponderet, atque contra praefatam Romanam Curiam obloquendi, & oblatrandi invidis, & insensis ejus detractoribus calumnio- sa huiusmodi tollatur occasio, quantum Nobis ex alto conceditur providere volentes iustum Officialium praedictorum, & cujuslibet illorum pretium, quin etiam quicquid pro expeditione in eorumdem Officialium acquisitione fuerat expensum, ascendens in totum ad summam decies centenorum, & viginti millium septin- gentorum sexdecim scutorum monetae Romanae unicuique ex praefatis Officialibus pro sui Officii valore, & expensis praedictis in primis, & ante omnia, prout in nostro die undecima curren- tis Mensis Octobris desuper confecto, & manu nostra subscripto Chirographo, ejus tenorem, haberi volumus pro expresso uberius continetur, restitui mandavimus. In cuius executionem, cum pretii, & expensarum huiusmodi in- tegra, & effectiva restitutio, iisdem Officiali- bus in id consentientibus, subsequuta fuerit, Officialium praedictorum venalitati impostum occurrere volentes: Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, memorato- rum Officialium venalitatem tenore praesentium penitus, & omnino tollimus, suppressimus,

extinguimus, removemus, & abolemus, volentes, & mandantes, ut huiusmodi Officia ante hac in perpetuum, seu ad vitam concedi solita, in posterum ad nostrum, & Romani Pontificis pro tempore existentis, & dictae Sedis Apostolicae beneplacitum, viris vitae, & morum integritate praestantibus, Literarum scientia praeditis, re- rumque humanarum experientia insignibus, ad majorem Dei gloriam, Romanae Curiae, & Praelaturae decorem, necnon virtutis incitamen- tum, & praemium, gratis, & nullo recepto pretio concedantur.

Emolumenta omnia dd. Of- ficialium iterum Camerae ad- scribuntur.

§.2. Volumus tamen, & decernimus, omnia, & singula emolumenta, tam ordinaria, quam extraordinaria, jura, bona, fructus, red- ditus, & proventus certos, & incertos, dictae Sede tam plena, quam vacante undecumque provenientes, etiam ex annatis, quinquenniis, minu- tis servitiis, multis, poenis, compositionibus, sigillis, expeditionibus, ac literis patentibus, necnon jocalia, & regalia solvi solitas a qui- busvis personis, & Communitatibus, & praer- fertim a Camera Apostolica, illiusque Appala- toribus, Thesaurariis, Censuariis, aut Feuda- tariis in quocumque anni tempore, & signanter in Vigilia, ac Festo Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac in Nativitate Sanctissimi Domini Nostri Jesu Christi, & denique obventio- nes, & responsiones quascumque quocumque nomine nuncupatas, quae prius in compensatio- nem pretii persoluti memoratis Officialibus respective debebantur, & solvebantur, penitus, & omnino cessare debere, illaque omnia, & singula pro indemnitate ejusdem Camerae Apo- stolicae urgentibus necessitatibus praesertim, & nuper etiam pretii, & expensarum restitutione praefatis Officialibus, ut praesertim, facta, magis gravata, motu, scientia, deliberatione, ac po- testatis plenitudine paribus restituis, reuni- mus, incorporamus, & applicamus.

Clausula.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas, etiam ex eo, quod praefati Causarum Curiae Camerae Apostolicae Generalis Auditor, ac ejus- dem Camerae Thesaurarius Generalis, duode- cim Clerici Praesidentes, ac alter Praesens, & alii quicumque in praemissis quomodolibet Jus, vel interesse habentes, seu habere praetenden- tes, eisdem praemissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, tamen si suorum Indultorum, seu Privilegiorum vigore consen- tire, vocari, seu audiri semel, vel pluries quo- quomodo debuissent, aut ex alia quacumque quantumvis juridica, & privilegiata causa, de- ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel interesse ha- bentium consensus, alioque quocumque etiam quantumvis magno, formali, & substantiali defectu notari, impugnari, redargui, retrahari, in Jus, vel controversiam revocari, ad terminos Juris reduci, seu adversus illas a peritionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse; sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque, & quomodocumque spectabit inviolabiliter ob- servari.

§.4. Sicque, & non aliter per quoscumque

Judi-

Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sex- centesimo nonagesimo secundo Decimo Kalen- Novembris Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXVI.

Confirmantur, innovantur, reformantur, & extenduntur facultates Tribunalis, seu Ma- gistratus Viarum.

Dat. 28. Nov. 1692. An. 2.

Hujusmodi facultates extant in Constitutionibus infra laudatis, vid: Martini V. Const. ed. Apr. 30, P. 8. Sixti IV. Const. ed. 1480, Jun. 30. Leo- nis X. Const. ed. 1517. Novemb. 2. Pii IV. Const. ed. 1565, Aug. 23. Pii V. Const. ed. Apr. 10. P. 6. Et Const. ed. Jul. 3, P. 6. Gregorii XIII. Const. ed. 1574, Oct. 1. & aliorum Pontificum. Hujus Pontificis Const. ed. 1692, Sept. 17, P. 2 revocata fuere ad Jus commune facultates Judicum par- ticularium. Const. ed. 1693, Jan. 11, P. 2. facta fuit Cardinalibus facultas visitandi Loca Pia, & Ecclesias. Et Const. ed. 1693, Feb. 16, P. 2. refor- mata fuit facultas Praetorum Regularium.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SACERDOTALIS, & Regiae Urbis Nostrae ad il- lud sublimatae fastigium, ut per Beati Petri Sedem caput Orbis effecta, latius praesideat Re- ligione Divina, quam unquam comparuerit do- minatione terrena, venerationi, decori, & com- modis etiam temporalibus eo Nos convenit ampliori cura prospicere, quo ipsam, ubi praecipuorum Apostolorum glorificatus est exitus, & quam in communem patriam Christianus Populus universus agnoscit, singulari dilectio- ne gerimus in paternae visceribus charitatis: Dum vero in eadem Sede, meritis licet imparibus, superna dispositione locati, Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum exem- plo, ad Urbem praefatam considerationis nostrae oculos principaliter convertimus, ejus etiam Districtus, aliorumque Nobis, & Romanae Ec- clesiae etiam in temporalibus subsectorum Lo- corum commodioribus viis, aliisque utilitatibus in Subditorum Nostrorum, & quoruncumque Romipetarum beneficium respective consulere non praetermittimus.

A Martino V. iterum insti- tuti fuere viarum Magistri ob gravem causam.

§.1. Alias siquidem felic. recor. Martinus Papa V. Praedecessor Noster, cum rei evidentia edoctus fuisset, quod praefata Urbs, ejusque Districtus ex defectu Officii Magistrorum, quod antiquitus pro Viarum, Stratarum, Platearum, & Locorum tam publicorum, quam privatorum necnon aedificiorum, Lapidiorum, & Ligneo- rum, parietum, tignorum, bancorum, tecto- rum, tabularum, mœniorum, apothecarum, & pontium, portarum, transituum, aquarum decursuum, canalium, & meatuum, necnon urbanorum, & rusticorum praediorum, prato- rum, hortorum, atque vinearum finium, re- stauratorum, servitutum, & libertatum ad- ministracione institutum, & ordinatum fuerat, in pra-

Judices Ordinarios, & Delegatos quavis aucto- ritate, praeminentia, aut potestate fungentes, & sancturos, etiam praefata Camera Clericos Praesidentes, Causarum Palatii Apostolici Audi- tores, & S.R.E. Cardinales, etiam de Latere, Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, judi- cari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus, quatenus opus sit, de Jure quaesito non tollendo, aliisque nostris, & Cancellariae Apostolicae Regulis, & fel. recor. Symmachi, Pauli Papae Secundi, Pauli PP. Quar- ti, & aliorum Pontificum Praedecessorum No- strorum de rebus Ecclesiae non alienandis, & alienatis recuperandis, ac recol. mem. Pii Papae Quarti similiter Praedecessoris nostri de gratis quaecumque interesse Camerae concernentibus intra certum inibi expressum tempus exhibendis & registrandis, itaut eisdem praesentes Literas ibidem exhiberi, & registrari numquam necesse sit, aliisve quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Tribunalium, Officiorum, & Officialium praefatorum, etiam juramento, con- firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, consuetudinibus, & De- cretis, etiam Cameralibus, & Consistorialibus, necnon quibuscumque eorumdem Officiorum erectionibus, & concessionibus, etiam praesen- tium Possessorum tamen si alias factis ad vitam seu in perpetuum, ac etiam ex causa onerosi, seu correlative, vel per viam contractus, seu vim contractus habente; Privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis, Tribunalibus, Officiis, seu Officialibus praefatis sub quibuscum- que tenoribus, & formis, cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam Motu, & potestatis plenitudine similibus, aut alias quo- modolibet per Nos, & Romanos Pontifices Prae- decessores nostros in contrarium eorumdem praemissorum concessis, ac etiam pluries con- firmatis, innovatis, & approbatis. Quibus om- nibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infere- rentur, iisdem praesentibus pro plene, & suf- ficienter expressis, & insertis habentes illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum ef- fectum harum serie specialiter, & expresso motu, scientia, deliberatione, & potestatis ple- nitudine paribus derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscum- que.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum suppressionis, extin- ctionis, remotionis, abolitionis, voluntatis, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque, & quomodocumque spectabit inviolabiliter ob- servari.



comprehensa Metaphysica, ad tenorem Constitutionum examen pro cursu consequendo subire teneantur, & qui reperti fuerint apti ad dandam Theologiae operam instituantur Cursores; qui vero inepti mittantur ad quartum Collegium, in quo Theologiae morali incumbere teneantur, ut hoc exercitio praediti totius administrationi Sacramentorum praesertim poenitentiae pro fidelium salute incumbere valeant.

De Studentibus Theologiae.

§.7. Quarto: Cursores deinde sic instituti, mittantur ad secundum Collegium, in quo per quadriennium Theologiae Scholasticae studere teneantur modo, & forma ibi praesignatis; & Regentes, seu Lectores debeant tractatus, sive materias a praefata studiorum, vel primo Regente juxta dispositionem tamen praescriptam eligendas, & nunquam intra idem tempus repetendas perfecte complere intra cursum: quo quadriennio expleto ab Examinatoribus a Generali pro tempore deputandis, examinentur pro lecturam concursu: & qui ad eum reperientur idonei, mittantur ad tertium Collegium, in quo mane, & vespere habeant quotidie circulum Conclusionum modo, & forma ibi statutis, & praevius deinde duabus saltem Conclusionibus habendis, una in eodem Collegio, reliqua vero in aliis Collegiis, vel Capitulis Provincialibus, in quibus tamen elegant magis acuti, & perspicaces pro honore Provinciae, & Religionis ad lecturas ut infra obtinendas disponantur, qui vero inepti adjudicentur, in concionibus, quatenus habiles ab eisdem Examinatoribus reputentur, se exercent, ut sic Religioni valeant inservire.

De Lectoribus eligendis.

§.8. Quinto: Cum tempus alias a Provincialibus (una cum Conventu ad studia tamen designato) juxta oppositorum commoditatem quolibet biennio quatenus sint sufficientes oppositores praescribendum pro lecturis, advenit, fiat concursus omnium, qui dicta requisita compleverint (sive sint illius, sive alterius Provinciae, & jure retento ad lecturas obtinendas tum in propria Provincia tempore oppositionis, ad quod habiles jure legitime declarantur omnium jurgiorum viam claudendi causa, tum in ea, in qua reperiantur saltem per hoc sexennium, licet sint alienae Provinciae) & intra spatium viginti quatuor horarum unusquisque tria dubia per unam horam super tribus punctis sorte deisumptis proponat propriam Sententiam aperiendo: Pro Philosophia ex Aristotele in logica, octo libros Physicorum de Anima, & de generatione, & corruptione. Pro Theologia vero ex Magistro Sententiarum Petro Lombardo; & per aliam horam plene satisfaciat difficultatibus a duobus cooppositoribus per duo media propositis, nisi maluerint eligere (quod eorum arbitrio omnino relinquimus) ex tribus punctis unum, ex quo genuinam, vel magis consonam quaestionem per spatium unius horae proponant, & probent, ad quam tamen teneantur pariter duo cooppositores duo media similiter proponere.

De Lectorum electione.

§.9. Sexto: oppositionibus expletis conveniant statim Provincialis, ejusque Socius, Prior Conventus, Regentes, sive Lectores actuales una cum Praefecto, aliisque Magistris de numero in eodem Conventu degentibus, qui quidem omnes eisdem oppositionibus assistere teneantur, & per vota secreta conferatur respective lectura illi, qui plura vota habuerit, & aequalibus votis, qui fuerit professione antiquior (salva

tamen semper Generalium auctoritate instituendi, tum Praefectos, tum Regentes studiorum, quos aptiores judicaverint praesertim in studiis Generalibus) relicta deinde alteri prima lectura vacatura absque nova oppositionis obligatione. Et declaratis aliis, qui in suffragiis fuerint inferiores, vel Lectores Theologiae moralis per hoc sexennium tantum, vel Magistris studentium, tum Philosophiae, tum Theologiae, ut in exercitiis literariis Regentes adjuvent, simulque se disponant ad suum cursum Philosophicum conficiendum, & sic subtilius, ac perfectius suum munus adimplere possint tempore quoad oppositionem iterum redeuntis, eligentur Regentes sive Lectores. Mandamusque ut tam Lectores, quam Magistri studentium, eligantur juxta merita, & antiquitatem in iustitia, & aequitate, quam omnino intendimus, non autem ad libitum Provincialis, seu Regentium, super quo eorum conscientias oneramus ne in Sententiam electionis indigni, relicto digniore, prolabantur.

De Lectoribus Philosophiae.

§.10. Septimo: Lectura obtenta legant per tres annos totam Philosophiam in primo Collegio modo, & forma ibi declaratis, quo triennio expleto gradum Baccalaureatus a Generali consequatur, ad Theologiae lecturam complendam per alios quinque annos, ante gradum Magisterii, quem a nobis, ac successores juxta Breve Alexandri VIII. deinde obinebunt deputandi.

§.11. Octavo: Lectores usque modo jam instituti (& idem proportionaliter dicendum venit de Baccalaureis, qui nondum biennium Baccalaureatus compleverint) qui vel tempus pro Baccalaureatu consequendo nondum adimpleverunt, vel eo adimpleto nondum patentes literas Baccalaureatus obtinuerunt, sive legerint, sive non, computato illis tempore elapso, ac si omnes actu legissent, teneantur praevia tamen pro his, qui non legerunt praedicta oppositione, reliquum supplere temporis lecturae usque ad completum triennium pro Baccalaureatu consequendo juxta praesentia statuta requiriti, quo obtento una cum lectura modo, & forma, quibus supra, promoveantur suo tempore, & praevia praesentatione Provinciae ad gradum Magisterii.

De Baccalaureis.

§.12. Nono: Baccalaurei denique, qui omnia haec requisita pro Magisterii gradu obtinendo adimpleverint, sed ob causas nobis notas praesertim intra quatuor elapsos annos ad examen accedere non potuerint, sicut & alii, qui juxta Capituli generalis Decretum sub poena privationis graduum, & privilegiorum Romae accedere tenentur, accedant ad examen, ut juxta eorum capacitatem providere valeamus propositione servata de Magisterio juxta relata. Qui vero noluerint ad lecturas concurrere, approbati tamen sint ab aliquo Ordinario pro audiendis Sacularium Confessionibus, & in illis laudabiliter se exercuerint, consequentur gradum Baccalaureatus de morali, & fruuntur praecedentia decem annorum ultra tempus professionis supra Patres simplices, quo etiam titulo, seu gradu, & praecedentia gaudeant illi omnes, qui peracto studio Theologiae moralis methodice tradita fuerint approbati ab aliquo Ordinario, & in hujusmodi Confessionibus per quadriennium saltem laudabiliter se exercuerint, & qui denique otiose, & sine aliquo fructu tempus transigere volunt, subjaceant decreto Capituli Gene-

Generalis, careantque gradibus, & privilegiis, itaut inter Patres simplices computentur, nisi in concionibus dederint Religioni splendorem, quo casu decorabuntur gradu Baccalaurei de Pulpito cum eodem Privilegio, quo fruuntur Baccalaurei de morali.

De tempore vacationis.

§.13. Decimo: Ut autem omnia majori studentium profectu valeant adimpleri eisdem studentibus, sive Philosophis, sive Theologis inhibemus, ne a Conventu unquam exeant, nisi eum Regentibus occasione recreationis, quae unica tantum erit in qualibet hebdomada, vel causa exercitii literarii, aut maxime necessitatis a Regentibus approbata, & praevia Superioris, & Lectoris licentia, etiam tempore vacationis, id est aestivo, vel quadragesimali, quatenus aliquis Regens, vel Magister studentium in Conventu remanserit) quo diebus Lunae, Mercurii, & Veneris, ne species acquiritas deperdant, mane autem vespere, circulum, aut conferentiam habeant per unam horam, ad quam omnes praesertim Regentes accedere teneantur, eodem prioris modo, quo in diebus Dominicis, vel eo impedito, alio die commodiori cujusque hebdomadae totius anni, & singulis saltem mensibus cum concursu aliarum Religionum, Conclusiones haberi volumus, & mandamus.

De Regentibus, & rebus necessariis Collegiorum.

§.14. Undecimo: Et cum plurimum pariter officiat quod ad alia Religionis munera, ut evenire solet simul applicentur Regentes actuales, cum alias nequeant duobus Dominis servare districte inhibemus, ne aliquod officium, etiam Prioratus simul exercere valeant: & pro eorum, ac studentium necessitatibus mandamus Prioribus sub poena privationis officii negligentibus statim infligenda, ut sub determinato tempore solvant vestiarium tum Regentibus tum studentibus, ac eorum Magistris. Decernentes exposita Fratrum decedentium fore applicanda, sive expendenda pro libris necessariis in quolibet Conventu, praesertim ubi sunt studia (quorum libris omnino applicandis pariter volumus eorumdem decedentium libros) & si libri sufficientes jam fuerint pro indigentibus dd. Regentium, ac studentium.

De numero Magistrorum.

§.15. Duodecimo. Praecipientes denique ultimo omnibus Provincialibus, quod in primo Capitulo Provinciali debita proportione servata juxta quantitatem, & qualitatem Conventuum Provinciae, assignetur numerus determinatus Magistrorum in futurum servandus praesentibus Magistris cum omnibus gratis, privilegiis, ac prerogativis manentibus: de reliquo autem nullus instituat Magister cum suffragio in Capitulo, nisi sit de illo numero determinato, in quo juxta suam antiquitatem Magisterii a die datum literarum subintrare debeant. In quorum fidem &c. Datum Romae die 20. Aug. anni 1662.

Preces Prioris Gen.

§.16. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dictus Joannes Prior Generalis praemissa, quo firmius subsistant, & serventur exposita Apostolice confirmationis nostrae patrocinio communitari summopere desideret. Nos ipsius Joannis Prioris Generalis votis hac in re quantum cum D. possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium.

dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, omnia, & singula Decreta, ordinationes, provisiones, & Capitula praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Confirmatio relatorum Decretorum.

§.17. Decernentes eisdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.18. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon praefatorum Ordinis, & Provinciarum aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.18. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XI. Octob. MDCXCII, Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXV.

Aboletur Venalitas Officiorum Auditoris Generalis Causarum Curiae Camerae Apostolice, ejusdem Camerae Thesaurarii Generalis, duodecim Clericorum, & Praedictis.

Dat. 22. Oct. 1692. An. 20.

Innoc. XI. ed. 1678, O. 1. P. 2. extat Taxa emolumentorum ex rebus Ecclesiasticis. Et hujus Pontificis Const. ed. 1699, Jan. 20. P. 9. confirmatio Constitutionis super datis, & promissis.



ed. 1692, Febr. 2, P. 1. Et Clem. XI. Constit. ed. 1710, Miji 20, P. 10. pro Provincia Chilian.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Numerus Magistrorum auctus fuit a Capitulo Generali 1685.

CUM sicut dilecti filii Prior Provincialis, & Diffinitores Provinciae Mexican. in Indiis Occidentalibus Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini nobis nuper exponi fecerunt, Capitulum Generale dicti Ordinis anno 1685. in alma Urbe nostra celebratum Senarium Magistrorum numerum in Provincia praedicta, benedicente Domino, multum Terris diffusa usque ad duodenarium extendendum esse censuerit, si nostra, & huius Sanctae Sedis facultas desuper accederet, similibus vero extensio numeri Magistrorum pro Peruviana, & Bortica Provinciae eiusdem Ordinis in dicto Capitulo Generali facta a fel. rec. Innocentio XI., & Alexandro VIII. Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris per quasdam eorum in simili forma Brevis literas die 22. Januarii 1688., & die 21. Januarii 1690. respective expeditas approbata, & confirmata fuerit, nobis propterea Exponentes praefati humiliter supplicari fecerunt, ut sibi pariter in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de beniguitate Apostolica dignemur.

Proces Provinciae.

§.1. Nos igitur eosdem exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotate existant ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ut de caetero Senarius dictae Provinciae Mexicanae Magistrorum numerus ad duodenarium, servata tamen in reliquis quoad promovendos ad Magisterii gradum formam per Apostolicas, & dicti Ordinis Constitutiones, necnon specialia ipsius Provinciae Mexicanae Decreta, & consuetudines praescripta, augeatur auctoritate Apostolica tenore praesentium, concedimus, & indulgemus.

Excoisio praedicta.

§.2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit in futurum in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.3. Non obstantibus rec. mem. Sixti V., & Clementis VIII. Romanorum Pontificum, etiam praedecessorum nostrorum de Senario Magistrorum numero, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciae Mexicanae, & Ordinis praedictorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus, pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut eorundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Septembris MDCXCII., Pontif. nostri Anno Secundo.

XXXIV.

Confirmantur quadam Decreta Prioris Generalis Ord. Carmelitarum pro promovendis studiis praesertim in Italiae Provinciis.

Dat. 18. Oct. 1692. An. 1.

Pro reformatione Provinciae Pedemontanae extat Decretum Card. Protectoris Inn. XI. Const. ed. 1687, Martii 27, P. 11. Et hujus Pontificis Constit. ed. 1692, Novem. 22, P. 2. Decreta Capitulum Generalium pro Dissolutione, Clem. vero XI. Constit. ed. 1711, Nov. 10, P. 11, reductio studiorum, & graduum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesiae regimini per inestimabilem Divinae bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, praesidentes, ea, quae a Religiosorum Ordinum Superioribus ad bonarum artium, & Sacrae Theologiae studia, ex quibus Ecclesiae, & Religioni multum decoris, atque utilitatis provenire solet, opportunis rationibus promovenda provide sapienterque constituta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, Apostolice muniminis nostri praesidio, cum id a Nobis petitur libenter roboramus.

Exordium.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Joannes Teyxod de Villalobos Prior Generalis Ordinis Fratrum Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, quod ipse, ut Sacrarum eiusque ancillantium bonarum literarum studia in eodem Ordine, ac praecipue in Provinciae Italiae ipsius Ordinis magis in futurum vigeant, peculiarem muneris sui sollicitudinem adhibere satagens, vigore specialis facultatis sibi ad id in Capitulo Generali dicti Ordinis novissime in hac Alma Urbe celebrato attributa, ac cum approbatione Venerabilis Fratris nostri Palatii Episcopi Praeaeftin S.R.E. Cardinalis de Alteriis nuncupati Ordinis praedicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, nonnulla super praemissis Decreta, ordinationes, & provisiones fecit tenoris, qui sequitur, videlicet.

Inferentia Decreta condita fuerunt a Prioris Generalis.

Fr. Joannes Teyxod de Villalobos Sacrae Theologiae Magister, ac humilis Prior Generalis totius Ordinis Fr. B.M. Virginis Mariae de Monte Carmelo antiquae, & Regularis observantiae &c.

§.2. Om-

Provenium... ex causis horam Decretum petitam.

§.2. Omnibus, & singulis notum est, quod Sacra nostra Religio a primis ejus Insuperioribus uberes in Ecclesia Dei fruges, ex laudabilibus bonorum Fratrum operibus, & exemplis provenientes, totis studiis proferre consuevit, ut liquido constat, tam ex nostris Constitutionibus praescribentibus, quod Priores Provinciales, & locales in nostro Ordine, nec minimum quidem apicem quoad studia praetermittere negligant, & potius praeculis semper habent, quod magis floreat in favore, gloriam, & decus Religionis: tum ex Bullis fel. rec. Gregorii XIII. Ut laudes: Julii II. Ad Sacrum Ordinem: & Sixti IV., Dum attento ibi - fractus quoque uberes, quos dicitur Sacer Ordo in agro militantis Ecclesiae in propagatione Religionis, & fidei Orthodoxae hactenus produxit, utiliter producit, ac in futurum produciturum speramus &c. Hinc nostrorum Patrum vestigia festantes, & nostris Constitutionibus, imo sapientiae Divinae Cap. 13. loquente, Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, quae propterea praepunitur Regnis, & Sedibus, & cum qua, ut dilucide proclamavit Salomon, omnia bona venire solent, adhaerere cupientes, omni contentione elaborandum duximus, ut a nostris subditis exulet ignorantia omnium malorum foetidissima parens. Quare ut in tota Religione, & praecipue in Provinciis Italiae, praefata bonarum radices fundere, & mala ex nimia in admittendis studentibus, ac gradibus conferendis facilitate forte obventura, vitari omnino valeant, & de consensu, & instante zelo nostri Eminentissimi Cardinalis Protectoris de Alteriis, ac de consilio Gremialium nostrorum super hoc nostram conscientiam gravantium pro eisdem Provinciis, aliisque, in quibus viget gradus, & non sunt pro illis statuta specialia sequentia Decreta inviolabiliter observanda emanare statuimus.

De excoisio ad habitum.

§.3. Primo: Cum certissimi sit Religionum omnium sive progressum, sive defectum a receptione, & educatione pendere, mandamus, ut nullus admittatur ad habitum, nisi a Rev. admodum P. Provinciali, ac tribus, vel saltem duobus Examinatoribus in Capitulis Provincialibus, vel juxta exigentiam ab eo deputandis pro suffragia secreta adjudicetur peritus in Grammatica, & literis humanis: quibus per Magistrum ab eodem Provinciali designandum, qui eos edoceat ipso adhuc novitatu &c. Anno, quotidie saltem per horam incumbere teneantur, ut si ad professionem admittantur, praehabitis deinde a Conventu Testimonialibus alias ad omnium graduum collationem requisitis, devota, & moribus facilius ad cursum artium valeant promoveri, prout omnes in posterum promovendos mandamus.

Institutio quatuor Collegiorum.

§.4. Secundo: Instituantur in omni Provincia quatuor Collegia, vel plura, aut pauciora juxta capacitatem Provinciarum, & Conventuum possibilitatem. Unum pro cursu Philosophiae per triennium a Lectoribus absque ulla interruptione complendum duraturo: in quo propterea incipiendo lector a summis prosequi debeat usque ad completam Metaphysicam, nec ullo modo distrahat simul legendo: v.g. uni, vel pluribus Logicam, alii vero summulas, vel Physicam, aut Metaphysicam, sed iisdem, quibus inceptum summulas, & qui nullatenus ab eo Conventu, vel Collegio, nisi maximi delicti causa erunt in posterum removendi, habitis quotidie circulo, &

duabus lectionibus per horam divisive, totum cursum triennale prosequatur, & si qui intra triennium promovendi sint ad Philosophiam instituantur pro his in alio Conventu a Provinciali designando, alter Lector, qui eodem modo suum cursum prosequatur. Alterum pro cursu Theologiae, in quo collocentur Cursores per quadriennium. Et Lectores, seu Regentes habeant quotidie mane per unam horam lectionem ad mentem Angelici Praeceptoris, vel Resoluti nostri Doctoris, aliorumque ipsorum fidelissimorum sequacium, & ut in Constitutionibus tum actualibus, tum pro tempore habendis explican., & vespere per aliam horam circulum, seu conclusiones (nisi velint pro majori studentium profectu mane, & vespere lectionem simul cum circulo facere) quibus teneantur per se, vel per Magistrum studentium praesidere arguentes ad placitum in ipso actuali circulo, ut omnes parati ad arguendum accedere teneantur, deputando, & negligentes rigide puniendo. Ea tamen denique lege, quod ubi erunt duo Regentes titulo primi, & secundi Regentis juxta nostras Constitutiones potituri, mane, & vespere per horam divisive lectiones, & circulum oblatione praesidendi alternative per mensem habeant una cum Conclusionibus publicis quolibet mense, & ubi fuerit unicus Regens quolibet bimestre cum interventu aliarum Religionum, quibus tamen non per Magistrum studentium, sed per se ipsos praesidere teneantur.

Theologiae.

Eligendorum Lecturum.

§.5. Tertium: Ad quod transeant deinde Cursores, qui ad illud deputantur per lecturis suo tempore obtinendis, in quo quotidie per horam mane, & per aliam vespere habeantur Conclusiones, juxta sequentem dispositionem, in primo Anno de primo, in secundo de secundo, in tertio de tertio, in quarto de quatuor libris Sententiarum, & in quinto de Sacramentis, ita tamen, quod in illa parte, in qua finient in quolibet anno, prosequantur in sequenti, & intra quinquennium notitiam, seu species habeant totius Theologiae Scholasticae, & moralis circa quaestiones magis selectas, graviore, & tutiores in probabilitate, relictis minus probabilibus juxta legem aeternam, divinam, naturalem, positivamque Ecclesiasticam secundum iudicium prudentiae, & conformitatem dictamini rationis per iudicium reflexum viri sapientis, medio iudicio determinato absoluto non fluctuante. Quartum denique pro Theologia morali, in quo instituantur lector, qui illam methodice doceat omnes mane, & vespere, habendo qualibet hebdomada circulum, sive Conclusionem de aliqua quaestione per spatium horae cum dimidia ad quam ad invicem arguant studentes, & teneantur Prior cum aliis Patribus etiam non studentibus accedere, quae quidem lectura suffragabitur lectoribus pro suis gradibus acquirendis. Quae Collegia ita volumus fore distincta, ut in uno eodemque Conventu nullo modo, nisi sit ex principalioribus, & ditissimis deputentur simul duo studia sive Philosophiae, sive Theologiae, aut Philosophiae, & Theologiae.

Moralis.

§.6. Tertio: Qui ad cursum artium reputantur proinde idonei, mittantur ad primum Collegium, in quo studeant per tres annos Philosophiae modo, & forma ibi praescriptis, & cursu expleto, praevius punctis, sive lectionibus, ac publicis disputationibus super universa Philosophia

De Studentibus Philosophiae.



in præmissis grandem patiebatur deformitatem; Necnon accepisset, nonnullos Cives, & Incolas res foetidas, & corruptas in Vias, Stratas, Plateas, & Loca publica, & privata hujusmodi projicere, seu Vias, Stratas, Plateas, & Loca publica, & Ecclesiastica occupare, alienare, & in usus proprios deducere, & propterea hujusmodi deformitatibus, excessibus, & incommodis posse tenus occurrere cupiens, Officium Magistratus hujusmodi juxta illius institutionem auctoritate Apostolica suscitavit, reintegravit, & restituit; Dnos quoque Urbis, & Districtus præfatorum Viarum Magistros ad suum beneplacitum deputavit, cum solitis ab antiquo Jurisdictionibus, potestatibus, honoribus, privilegiis, libertatibus, atque oneribus universis in præmissis, & circa ea concernentibus dependentibus, & annexis etiam cum facultate faciendi Sub-Magistros, necnon hujusmodi excessus reparandi, corrigendi, & emendandi absque cujusvis vocatione, seu citatione, sed juxta datam illis a Domino prudentiam, etiam per demolitionem quorumcumque ædificiorum, necnon præmissorum occasione gravatos absque lite, sed summarie, simpliciter, de plano, & quibuscumque tunc expressis non obstantibus relevandi, restituendi, & reponendi, Contradictores quoque, & rebelles privandi, banniendi, arrestandi, incarcerandi, omniaque, & singula faciendi, & exercendi, quæ Magistri illorum, Prædecessores facere, & exercere potuerunt, seu etiam debuerunt, & alias prout in ejusdem Martini Prædecessoris Secundo Kalen. Aprilis Pontificatus sui Anno octavo expeditis Literis plenius continetur.

A Sixto IV, Leone X, & Pio IV confirmate fuerit, & nova concessa facultates Camerario, & dd. Magistris.

Quæ omnes a Pio V revocate fuerit ad jus commune.

Sed a Gregorio XIII plura innovata, & statuta fuerunt.

§.2. Successive alii Romani Pontifices Prædecessores nostri, & præsertim similis recordationis Sixtus IV. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octogesimo Pridie Kalen. Julii, Leo X. Anno ejusdem Incarnationis millesimo quingentesimo decimo septimo, quarto Nonas Novembris, & Pius IV. Anno Incarnationis præfate millesimo quingentesimo sexagesimo quinto Decimo Kal. Septembris per suas respective editas Literas S.R.E. Camerario, & præfatis Viarum Magistris, plerasque conjunctim, aliquas vero separatim exercendas Jurisdictiones, facultates, & functiones confirmarunt, ampliarunt, & respective concesserunt. Quas & alias hujusmodi Literas cum Decreto Cameræ Apostolicæ de Inquilinis in emptione Domorum præferendis, tanetsi recollem. Pius Papa V. etiam Prædecessor Noster per quasdam suas Motus proprii Cedulas sub Datum quarto Idus Aprilis, & quinto nonas Julii Pontificatus sui Anno Sexto, quoad Jus congrui, & nova (non tamen Sacra, aut publica) construenda ædificia, ad terminos Juris communis reducerit, nihilominus pia memor. Gregorius Papa XIII. similiter Prædecessor Noster per alias suas Anno Incarnationis præfate millesimo quingentesimo septuagesimo quarto Kalen. Octobris editas Literas, prædictis memoratorum Sixti, Leonis, ac Pii IV., & Pii V. Literis, quatenus ad aliquid eorum, quæ in iisdem suis Literis continebantur, pertinebant, & de aliquo eorum statuebant, & disponebant, antiquatis, abrogatis, & penitus revocatis, & sublatis, plurima innovavit, statuit, decrevit, & ordinavit circa ædificia, & ornatum dictæ

Urbis, ac coactas, seu voluntarias venditiones, & Jus congrui, seu retractus earumdem venditionum occasione competens, seu institutum, tum in eadem Urbe, tum intra tria, & respective duodecim a præfata Urbe milliaria, cum multis facultatibus, & Jurisdictionibus plerumque a præfatis Camerario, & Viarum Magistris conjunctim exercendis.

§.3. Aliæ quoque, & multiplices Jurisdictiones, facultates, cure, & functiones inquampluribus sive prædictorum, sive aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Notariorum Chirographis, Literis in forma Brevis, ac Motus proprii Cedulis, necnon in ejusdem Urbis a Sede Apostolica confirmatis Statutis ejusdem S.R.E. Camerario Præsidi, & Magistris Viarum præfatis aliquando singulis separatim, aliquando aliquibus mixtim, & aliquando omnibus insimul concessæ, seu demandatæ fuerunt, exercitium tamen judicialis, & contentiosæ Jurisdictionis in iis, quæ dictis Viarum Magistris injuncta fuerant, penes eorum Assessorem ab eadem Apostolica Sede deputatum existere consuevit.

Aliæ etiam ab aliis Romanis Pontificibus concessæ fuerit facultates, sed exercitium judicialis jurisdictionis eorum assessori.

§.4. Hinc Nos abusus, qui desuper irreperant, occurrere, justitiæ administrationi in præmissis plenius consulere, ac præfate Urbis ornatui, necnon ejusdem, illiusque Districtus, & Ditionis Ecclesiasticæ respective Viarum, Locorum, & aliorum quorumcumque in præfatis Literis, & Ordinationibus quoquomodo contentorum instructioni, conservationi, reparationi, restorationi, & expurgationi, quantum Nobis ex alto conceditur, uberius respective providere cupientes; ac propterea omnium præfatarum, & aliarum, si quæ sint literarum tam sub plumbo, quam in forma Brevis, Motus proprii Cedularum, Chirographorum, Ordinationum, & Statutorum quorumcumque circa præmissa existentium tenores, ac si de verbo ad verbum inserti essent, pro plene, & sufficienter expressis habentes, de dilectorum Filiorum nonnullorum Romanæ Curie Prælatorum, & Virorum pietate, doctrina, prudentia, & rerum usu præstantium specialiter ad id a Nobis deputatorum, qui rem mature examinarunt, consilio, ac etiam Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione Notris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, memoratas Literas, Cedulas, Chirographa, Ordinationes, & Statuta in iis, quæ presentibus, & omnibus, & singulis hic contentis quoquomodo non adversantur, earumdem tenore presentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, penitus, & omnino observari volumus, & mandamus.

Causæ hujus Constitutionis

Confirmatio, & innovatio prædictarum literarum.

§.5. Decernentes omnes, & singulas hujusmodi literas, sanctiones, & statuta, & ordinationes tam speciales Tribunalis, seu Magistratus, quam generales, & in parte de eorum Tribunali, seu Magistratu tractantes, necnon omnes, & singulas Jurisdictiones, facultates, curas, functiones, & administrationes hujusmodi quoquo modo concessas, non aliter quam ad formam harum presentium observari, exequi, & intelligi posse, & debere, perinde, ac si ab initio institutæ, & respective concessæ, attributæ, directæ,

Sed juxta formam infra describendam

etæ, & demandatæ fuissent personis, modis, ac formis in præfatis nostris in perpetuum valitura Constitutione contentis, quam supplendo omnem, & quamcumque alioquin necessariam, seu opportunam expressionem, ac sublatis omnibus, & quibuscumque contrariis, diversis, seu differentibus, omnino, & inviolabiliter observari, adimpleri, & exequi volumus, & mandamus.

Aboleretur Officium Assessoris Magistrorum Viarum.

§.6. Reformationem vero Tribunalis, seu Magistratus hujusmodi a Jurisdictionis norma, & distinctione incipientes, prævia pretii, ac impense expeditionis restitutione jam facta ei, qui Magistrorum Viarum Assessoris Officium hæcenus obtinuit, Officium hujusmodi penitus, & omnino supprimimus, abolemus, & abrogamus.

Causæ juris congrui spectant ad Camerarium.

§.7. Jurisdictionem in omnibus, & singulis causis in juris congrui, seu singulis ab eo dependentibus, annexis, & connexis, in quibus antehac memorati Camerarius, ac Magistrorum Viarum Assessor insimul procedebant, in posterum ad eundem Camerarium privative quoad alios spectare. Hujusmodi autem causas in gradu appellationis iisdemmet modis, & formis, quibus hæcenus observatum fuit, ad Præsidentem Viarum devolvendas esse, & ab illo ad Tribunal Cameræ prædictæ appellandum esse decernimus.

Reliquæ vero causæ ad Præsidentem.

§.8. In reliquis omnibus causis, & negotiis, eorumque annexis, connexis, & dependentibus omnem, & quamcumque necessariam, & opportunam jurisdictionem pro tempore existenti Viarum Præsidi, privative quoad alios concedimus, & ad eundem, ac quoad Cameram præfata pariter appelletur, spectare volumus, & mandamus.

Quænam sint Magistrorum facultates.

§.9. Magistris tamen viarum tam in Urbe quam in ejus Districtu præfatis occasione, seu in actu vias ejusdem Districtus invivendi, facultatem coercendi contravenientes Constitutionibus, Bannimentis, statutis, & Ordinationibus Tribunalis, seu Magistratus, necnon ipsorum Magistrorum, vel alterius eorum præceptis, seu iustionibus, usque ad eorumdem contravenientium incarcerationem, ac etiam incarcerationem, in forma tamen extrajudiciali, prout etiam procedendi in simili forma contra hujusmodi contravenientes ad pignorationem pro multis, & penis pecuniariis in præfatis Bannimentis contentis, ac eorumdem pignorum restitutionem (reservatis semper prædicto viarum Præsidi ulteriori cognitione, & recurso) præservamus, & quatenus opus sit, etiam concedimus.

Aliæ eorumdem facultates, & officia.

§.10. Iisdem quoque viarum Magistris curam, superintendentiam, & administrationem instruendi, reficiendi, restaurandi, manutenedi, mundandi, & expurgandi vias, plateas, & loca Urbis, necnon confirmandi, eligendi, & amovendi Architectos, Submagistros, Operarios, & Artifices prædicto Magistratu viarum inservientes, salvo semper jure Præsidis eisdem ex justa causa removendi, prout etiam facultatem, & licentias hæcenus ab iisdem dari solitas, & in posterum pro indemnitate Magistratus, & Officialium juxta modum præscribendum registrandas, & sigillo Præsidis gratis muniendas, concedendi, salvo ad memoratum Præsidentem, auditis Magistris, ab hujusmodi licentiarum denegatione, seu indebita concessione, recurso, similiter

præservamus, & quatenus opus sit concedimus.

§.11. Fidem Præsidi Procuratore Fiscalem, Ratiocinatorem, & Exactores quorumcumque taxarum, vel exactioinum tam in Urbe, quam in ejus Districtu prædictis, necnon Mandatarium, & viarum Commissarium, cum Magistrorum præfatorum consilio, & Barocellum ad ejus libitum deputandi, & amovendi facultatem concedimus, reservata tamen Venerabili Fratri nostro Palatio Episcopo Præfinito ejusdem S. R. E. Cardinali de Alteris nuncupato dictæ S. R. E. Camerario prædictos Procuratorem Fiscalem, Ratiocinatorem, & Mandatarium, donec vixerit, deputandi, & amovendi.

Conceditur Præsidi facultas eligendi Ministros.

§.12. Ad hæc omnes, & singulas jurisdictiones, facultates, curas, & emolumenta quæcumque pro tempore existentibus ejusdem S. R. E. Camerariis in Platea Agonis competentes, & competentia, seu ab illis exerceri, & percipi hæcenus consuetas, & consuetas, ex nunc prout ex tunc, sequuto obitu memorati Palatii Episcopi Cardinalis, & Camerarii, cui pariter, donec vixerit, nullum jus hujusmodi adimere volumus, & declaramus, ab eodem Camerariatus officio penitus, & omnino dismembramus, & separamus, illasque, & Tribunali, & Magistratu viarum sub cura, regimine, & jurisdictione solius pro tempore existentis Præsidis viarum ad limites, & formam presentium absque ulla profus inter dictam Agonis, & alias Plateas Urbis differentia, seu distinctione restituimus, seu unimus, annectimus, & incorporamus, restitutas, seu unitas, annexas, & incorporatas esse volumus, & mandamus.

Redditur Præsidi, & Tribunali Viarum facultas in Platea Agonis.

§.13. Ex nunc autem omnes, & singulas jurisdictiones, facultates, curas, & administrationes hujusmodi cuicumque personæ etiam præfate S. R. E. Cardinali, etiam ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellario, Collegiis, Capitulis, Locis Pii, Basilicis, & Ecclesiis etiam Patriarchalibus, & quibuscumque quavis dignitate, vel præminencia, tam seculari, quam Ecclesiastica fungentibus, etiam speciali, & Individua mentione dignis, super plateis, viis, & locis Urbis præfate quoquomodo concessas, vel competentes, necnon emolumenta, de quorum percipiendorum valido, & subsistenti jure, quod respectu aliorum, quam Ecclesiarum, & Locorum Piorum, ex titulo vere, & proportionate oneroso, & corresponsivo esse debeat, legitime non confiterit, supprimimus, abolemus, & abrogamus, ac ab eisdem, seu eorum Officiis, vel muneribus separamus, & dismembramus, illasque, & illa modo, & forma præmissis, ex nunc Tribunali viarum sub cura, regimine, & jurisdictione pro tempore existentis Præsidis viarum hujusmodi restituimus, seu unimus, annectimus, incorporamus, & quatenus opus sit de novo concedimus.

Item aliæ facultates aliis concessæ.

§.14. Præterea inherentes alias factis Chirographis, & Ordinationibus Tribunalis, & Magistratus hujusmodi, quæcumque privilegia, & exemptiones, & quævis literas patentes ibidem revocatas, & presentibus adversantes, nullatenus suffragari declaramus, illaque, & illas iterum revocamus, cassamus, & annullamus, volentes, & mandantes, omnes, & singulos nemine profus excepto, in eisdem Chirographis specificatos, seu comprehensos etiam Palatii nostri

Omnes obnoxii sint cuicumque solutioni, & jurisdictioni Tribunalis Viarum.



fri Apostolici, & cuiuscumque Judicis, & Tribunalis, tamen speciali, & individua nota dignorum, necnon dictae S. R. E. Cardinalium, Basilicarum, Ordinum, Congregationum, & Societatum etiam Jesu Ministros, & Officiales quoscumque, & quibusvis literis patentibus munitos, ac Neophitos, & Milites etiam Auxiliatores Arcis S. Angeli, & Alabarderos nuncupatos Gubernatoris Urbis quoscumque, & quocumque etiam in minori, & modico, seu minimo numero, ad solutionem, & contributionem quarumcumque taxarum, & impositionum aequae, ac alios non privilegiatos teneri, & obligatos esse, necnon jurisdictioni Tribunalis, & Magistratus hujusmodi, ac omnibus, & singulis illius Constitutionibus, & Ordinationibus quibuscumque pariter esse, & remanere subiectos. Prout etiam praefata Chirographa, & Ordinationes innovantes, & ampliantes, a Decretis, mandatis, & sententiis super solutione quarumcumque taxarum, seu contributionum a Tribunali, seu Magistratu praefatis impostarum, & imponendarum, & respective super affectuum, seu Appaltuum ab Affectuariis, seu Appaltatoribus debitorum, seu debendorum solutione, necnon super rationibus per Administratores, seu Economos reddendis, & super restitutione vel solutione eorum, quae per eosdem Administratores, seu Economos exacta fuerint, nullam admittendam esse appellationem, seu recursum in suspensivo, sed in devolutivo tantum, ita ut quaecumque appellationes, & recursus seu citationes, inhibitiones, supersefforae, & Decreta in vim appellationum, seu recursuum hujusmodi faciendae, seu faciendae, absque ullo attentatorum, poenarum, seu nullitatis incurfu, possint imponere sperni.

Præscribitur tempus solutionum.

De Electione Praefidis, & Magistrorum

Appaltus, & contractus fiant in Congregatione Praefidis, & Ministrorum.

§.15. Solutiones quarumcumque taxarum, pro quibus judicialiter, mediante contestatione litis, vel saltem tentata aliqua executione mandatorum, actum non fuerit, triennio ex nunc, quoad praeteritas, & a die impositionis quoad futuras taxas, computando, praescribantur.

§.16. Caterum Praefes viarum hujusmodi non amplius ad annum in Camera praedicta, ut moris erat, sorte extrahatur, sed a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente ad nostrum, & ejusdem pro tempore existentis Romani Pontificis, & dictae Sedis beneplacitum in posterum deputetur. Ex Magistris vero viarum non amplius uterque infimul, sed alteruter tantum, ut unus semper pendentibus Magistratus negotiis instructus remaneat, dimittatur.

§.17. Appaltus expurgationis Urbis, necnon unius julii, qui singulis trimestribus pro qualibet Apothecha solvitur, itidemque curruum, seu rhedarum, ac chistorum vulgo *calessi*, locari solitorum praefato Palatio Cardinali, & Cameraario pariter donec vixerit, infimul cum Praefide, & Magistris viarum hujusmodi, alii vero Appaltus, affectus, & contractus ac post obitum memorati Palatii Episcopi Cardinalis etiam dicti Appaltus expurgationis Urbis, & praefati julii, necnon curruum, seu rhedarum, & chistorum, praenominatorum in Congregatione singulis hebdomadis pro negotiis dicti Tribunalis, seu Magistratus faciendae, cui iidem Praefes, Magistri viarum, & alii Ministri de more intersint, apertis semper in supradictis congressibus cedulis oblationum, & facta deliberatione meliorem condi-

tionem facienti respective concludantur, & si-pulentur.

§.18. Renovetur, seu fiat, facta imprimatur, & impressa in locis a Praefide praefato praescribendis exponatur, & retineatur distincta, & moderata Taxa omnium, & singulorum emolumentorum tam Tribunalis, seu Magistratus, quam singulorum ejus Ministrorum, seu Officialium, nihilque prorsus praeter, vel contra eandem, sed poenis arbitrio memorati Praefidis infligendis, percipiatur, vel exigatur.

§.19. Teneantur singuli Exactores sub poena falsi distincte, & diligenter annotare omnes, & singulas taxas, & quoscumque earumdem debitores, prout etiam omnes, & singulas etiam minimas exactiones, ac personas a quibus exegerint, intra quindecim dies post quamlibet licet minimam exactionem computandos, istaque omnia diligenter, fideliter, & distincte describere in Libris in Officio Notarii Tribunalis retinendis, & cuiuscumque quolibet interesse habenti prompte exhibendis.

§.20. Omnia, & singula emolumenta Tribunalis, seu Magistratus, etiam ex taxarum, & chistorum praefatorum locari solitorum necnon ex pretio situum publicorum, in beneficium Tribunalis, seu Magistratus, vel implementum ejus onerum, & praesertim in expurgationem viarum convertantur.

§.21. Magistri viarum nulla prorsus etiam minima, ac etiam sponte oblata, tum in pecunia, tum in qualibet specie, & tam ordinaria, quam extraordinaria, certa, & incerta emolumenta ratione eorum muneris, seu quarumcumque licentiarum, accessuum, & functionum posthac amplius exigere, seu percipere quoquo modo valeant, sed solo annuo stipendio scutorum quadringentorum monete Romanae pro quolibet eorum, ex emolumentis Magistratus extrahendo, quod illis constitutum, & assignamus, omnino debeant esse contenti.

§.22. Viae consulares, districtus Urbis propriis sumptibus, & expensis personaliter revideantur, & recognoscantur, saltem semel in anno pro qualibet via per dictos Magistros viarum; quo vero ad Praesidem praefatum ejus arbitrio, & ultra hujusmodi accessus, in quibus necessitatibus, reparationibus, & commoditatibus hujusmodi viarum debeant iidem respective consulere, & providere, semper invigilent, ac certiorari fatagent de omnibus earumdem viarum necessitatibus, & incommodis, etiam per Literas circulares Gubernatoribus, & Communitatibus, seu Universitatibus Civitatum, Terrarum, seu Locorum, in quorum Territorio viae praefatae consistunt, ut responsiones, & aliae informationes desuper habitae in Congregatione praefata ad effectum opportune desuper providendi, referantur, & examinentur.

§.23. Praefidis viarum superintendencia, & facultates vias Consulares ditionis Ecclesiasticae extra praefatum districtum existentes comprehendant, & ejusdem ditionis Gubernatores subiecti Ordinationibus memorati Praefidis, qui de viarum praefatae ditionis instructione, refectione, restauratione, & manutentione, non tamen in judicialibus, debeat esse sollicitus. In districtu vero omnem suam jurisdictionem in viis tam Consularibus, quam non Consularibus respective valeat exercere.

Imprimatur Taxa emolumentorum.

De Officio Exactorum.

Usus emolumentorum.

Magistri contenti sint annuo stipendio 400. scutorum.

Cura de viis Consularibus.

Facultas Praefidis in viis Consularibus.

§.24. De-

Clausula.

§.24. Decernentes easdem praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod omnes, & singuli supradicti, & alii quicumque in praemissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere praetendentes, cuiuscumque status, gradus, ordinis, praerogativa, vel dignitatis, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni existant, iisdem praesentibus non consenserint, nec vocati, seu auditi fuerint, tamen suorum Indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari, & audiri semel, vel pluries quoquo modo debuissent, aut ex alia quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite etiam in corpore juris clauso, ullo unquam tempore de subreptione, vel obreptione, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, alioque quolibet etiam quantumvis magno, & formali, ac substantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas a perditione oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse; sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque, & quomodocumque spectabit, inviolabiliter observari.

§.25. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate, praerogativa, aut potestate fungentes, & functiones, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & dictae S. R. E. Cardinales etiam de Latere-Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.26. Non obstantibus omnibus, & singulis praemissis, & quatenus opus sit nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, necnon praefati Pii II. praedecessoris de quaecumque interesse Camerae Apostolicae concernentibus, in dicta Camera intra certum inibi praescriptum tempus praesentandis, & registrandis, necnon aliis quibuscumque Apostolicis, ac in Generalibus Conciliis editis, & edendis Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Urbis, & Curiae Romanae, & Camerae Apostolicae, ejusdemque Curiae Tribunalium, quarumcumque Ecclesiarum, etiam Patriarchalium S. Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & Sanctae Mariae Majoris, Monasteriorum, Hospitalium, Locorum Piorum, necnon Ordinum, Congregationum, & Societatum, etiam Jesu, & quibusvis aliis, etiam juramento, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, usibus, styliis, consuetudinibus, & Decretis, etiam novis reformationibus quibuscumque, legibus, & Canonibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, vel ad quorumvis instantiam, ac etiam consistorialiter, aut alias

quomodolibet per Nos, & Romanos Pontifices praedecessores nostros in contrarium eorumdem praemissorum concessis, ac etiam pluries confirmatis, innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam nisi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & inferrentur, iisdem praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum harum serie specialiter, & expresse motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, necnon omnibus illis, quae iidem praedecessores nostri in praemissis quibuscumque eorum Literis, & Chirographis voluerunt non ob stare ceterisque contrariis quibuscumque.

§.27. Volumus autem, quod postquam praesentes Valvis Ecclesiae Lateranensis, & Basilicae Principis Apostolorum, & in Acie Campi Florae de Urbe per aliquem ex nostris Curforibus affixa, & publicata fuerint, omnes, & singulos tam in Urbe, quam in districtu, & ditione praefatis existentes, perinde obligent, & ardeant, acsi uniuscuique eorum personaliter, & nominatim intimatae fuissent; quodque earum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae huiusdem praesentibus si exhibita, vel ostensa fuissent adhiberetur.

§.28. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, voluntatis, mandatorum, Decretorum, suppressionum, abolitionum, abrogationum, praeservationum, concessionum, declarationum, diffinitionum, separationum, restitutionum, unionum, annexionum, incorporationum, revocationis, cassationis, annulationis, Constitutionis, assignationis, derogationis, aliorumque praemissorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo. Quarto Kalen. Decemb. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXVII.

Declaratur Statutum Ordinis Carthusien. Priori Carthuae factum non egrediendi a terminis suae Eremit.

Dat. 4. Nov. 1692. An. 1.

Ab Inn. XI. confirmata fuit nova Collectio Statutorum Const. ed. 1688, Mar. 27, P. 12. hujus Pontificis Const. ed. 1692, Apr. 11, P. 1. extat Decretum Congreg. particularis super quadam causa. Et Const. ed. 1698, Jul. 25, P. 3. confirmatur Constitutio Julii II. pro pace servanda.

N n 2

INNO.